UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

343. Ut nulli Præsuli possesionem magnam vel parvam Ecclesiæ liceat in porpetuum alienare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

nem poſituros in conſpectu Dei, & niſi eas fideliter pauperibus & his qui præmiſſi ſunt administraverint, damna* patiendos. Qualiter verò diſpenſari debeant, canones ſancti instituunt; ſcilicet ut quatuor partes inde fiant, una ad fabricam Eccleſiæ relevandam, altera pauperibus diſtribuenda, tertia Preſbytero cum ſuis Clericis habenda, quarta Epiſcopo reſervanda, ut quicquid exinde juſſerit, prudenti conſilio fiat.

* *Cod. MS.* faciendos. *Editio Sirmondi*, paſſuros.

Si Epiſcopus aut Preſbyter rem Eccleſiæ quocunque ingenio alienare præſumpſerit. *Ex Concilio Bracarenſi.*

Concil Bracar. 2. c. 17. Burchard. lib. 3. c. 179.

CCCXLII. Si quis Preſbyter aut Diaconus inventus fuerit de miniſteriis Eccleſiæ aliquid venundaſſe, quia ſacrilegium commiſit, placuit eum in ordinatione Eccleſiæ non haberi. In judicio tamen Epiſcopi dimittendum eſt ſive dignus ſit ſive indignus in ſuo recipi gradu.

Ut nulli Præſuli poſſeſſionem magnam vel parvam Eccleſiæ liceat in perpetuum alienare. *Ex decretis Symmachi Papæ.*

Concil. Roman. 3. ſub Symmacho c. 4.

CCCXLIII. Ut nulli apoſtolicæ ſedis Præſuli liceat prædium ruſticum, quantæcunque fuerit vel magnitudinis vel exiguitatis, ſub perpetua alienatione vel commutatione ad cujuſlibet jura transferre. [*Vide Concilium Pariſienſe lib.* 1. *cap.* 17.]

De eadem re. *Ex eodem.*

Ex eod. Conc. Rom. c. 5.

CCCXLIV. Sanè domus in quibuſlibet urbibus